scientius abundemus reconciliatione contempta nul
lum possimus solatium promereri; his igitur animad
uersis cum omni simplicitate mysteria celebremus & acce
damus ad mensam xpi; cum quo patri omnis gloria honor
uirtus una cum spu sco in saecula saeculorum amen;

explicit de proditione iudae x...

Incipit de cruce & latrone xi

Hodierna die noster dns pependit in cruce & nos fes
tiuitate nimia letia celebramus ut discamus crucem to
tius spiritalis gratulationes ferre substantiam & enim ante
ipsum uocabulum crucis paena fuit sed nunc ad gloriā
nuncupatur; dicta & condempnationis ferebat horrorem
nunc salutis indicium est; crux enim nobis totius beati
tudinis causa est. haec nos a caecitate liberauit erroris. haec
& e tenebris reddidit luci; haec e bellator qui & is sociauit
haec alienator dō coniunxit, longe constitutos proximos
praesentauit; haec peregrinantes ciues ostendit. haec discor
diae amputatio; haec pacis firmamentum; haec bonorū
omnium abunda largitio. Istius causa nullis angustiis deser
ti erramus quia iam nobis campi monstrati sunt ueritatis
nec aulis regalibus habitare prohibemur quia aditus
iam uid& ur inuentus; nec ardentes sagittas diaboli for
midamus quia fontes inuenimus quibus earum flamma
facile possit extingui; ideo uiduitate caruimus quia spon
sus expectatus aduenit; Lupum non possimus formidare
bono & diligente muniti pastore ego inquid sum pastor
bonus. Tyranni impii crudelitate non terremur man.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0102